



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis
Pars// Prior**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Avgvstae Treverorum, 1574

VD16 A 766

Modus baptizandi masculum & fæmellam iam morituros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

LXVIII **MODVS BAPTIZANDI MAS
CVLVM ET FOEMELLAM**

IN ARTICVLO MORTIS, CVM

*videlicet creditur ipsum inmediate
obitutum.*

*Sacerdos omnibus omisis Baptismum præcedentibus, tribus vicibus
aquam elementalem fundens super pueri caput denudatū,
Baptismi formam simul proferat, dicens.*

Ego te baptizo in nomine Pa **✠**tris, et
Fi **✠**lii, & Spiritus **✠**sancti. Amen.

*Et si habet Chrisma, eum in vertice vngat,
dicens.*

Deus omnipotens, & Pater Domini
nostri Iesu Christi, qui te regenerauit
ex aqua, & Spiritu sancto, quique de-
dittibi remissionem omnium peccato-
rum.

Hic faciat crucem Chrismate in vertice pueri subiungendo.

Ipsete liniat Chrismate salu **✠**tis, per eū
dem Christum Iesum Dominum no-
strum, in vitam æternam, Amen.

Et postea mitram ponens, dicat.

Accipe vestem candidam, sanctam, &
immaculatam, quam perferas ante tribu-
nal Domini nostri Iesu Christi, vt
habeas vitam æternam, & viuas in
sæcula sæculorum. Amen.

Te

Omiffas cæremonias.

LXIX

Et demum candelam, dicendo.

Accipe lampadem ardentem, irreprehensibilem, custodi Baptismum tuum, serua Dei mandata : vt cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei, vnà cum omnibus sanctis in aula cælesti, habeasque vitam æternam, & viuas in sæcula sæculorum. Amen.

Hunc eundem modum Parochi doceant Obstetrices, vt in extrema necessitate, sic pueros in vernaculo sermone baptizent, ita vt dum formam proferunt, simul aquam super caput pueri fundant, cum debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia, dicentes.

Ich teuffe dich / im namen deß Vatters ✠ / vnd deß Sons ✠ / vnd deß heiligen ✠ Geists.

Sciat prudens Sacerdos hunc modum supplendi omiffas cæremonias, ex ijs quæ supra habentur, accommodare etiam formellæ, & pluribus vnus vel vtriusque sexus, mutatis scilicet generibus & numeris.



Instru-